

Christian Ohm Matthias Betich

Disputatio De Testamentis, Qui ea facere possint & quemadmodum fiant

Rostochii: Typis Myliandrinis, 1611

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73061851X>

Druck Freier  Zugang



Christina Ohm (M. Belochius) ^{Vert.}

R. U. im 1611.

59

DISPUTATIO
DE TESTAMENTIS,
Qui ea facere possint &
quemadmodum fiant.

Ad quam

D. T. O. M. A.

Permissa & autoritate Amplissimi ordinis Juridici in
inclita Rostochiensis Academia,

P R Æ S I D E

Clarissimo & Consultissimo Viro,

DN. CHRISTIANO S S M

J. U. D.

publicè respondere conabitur
MATTHIAS BETICHIUS Stargard. Pom.

*Die 16. Martij, in Auditorio majori, initium
fiet hora 7. matutina.*



R O S T O C H I I

Typis Myliandriais, Anno 1611.



V I R I S

*Nobilissimis, Amplissimis, Prudentiâ virtute
ac dignitate Clarissimis,*

**DOMINIS CONSULIBUS,
SYNDICO, CAMERARIIS AC SENA-
toribus florentissimæ Republicæ Star-
gardiensis Pomeranorum spe-
ctatissimis.**

Nec non

Politissimo prudentiâ virtute præstantissimo,

DN. MATTHIÆ EBERTO,
Inclytæ Reip. Gustroviensis Senatori
optimo.

Illis Dominis Mæcenatibus fautoribus & promo-
toribus: huic avunculo benè de se merito
omni observantiæ cultu pro-
sequendis.

Wilhelm-Piuck-Universität
Rostock
Universitätsbibliothek
ES Rostock
Universitätsplatz 5

Dicat

Matthias Betichius Resp.





THESIS I.

Testamentum, ab Imperatore Justiniano sic appellatum, quod sit testatio mentis, à J Cto Modestino definitur, voluntatis nostræ juxta sententia de eo, quod quis post mortem suam fieri velit. Ab Ulpiano vero, heredis institutio.

I I.

Olim tria testamentorum genera in usu fuerunt, quorum primo in pace & otio utebantur, quod calatis comitijs appellabant: Secundo cum in prælium exituri essent, quod procinctum dicebatur: accessit deinde tertium genus, quod dicebatur per æs & libram. Quibus sublatis testamentum est paganicum vel militare.

I I I.

Paganicum est, quod fit extra militiam; & dividitur in scriptum seu mysticum, & non scriptum seu nuncupativum. Illud est, quod secundum juris solemnitatem in scripturam redactum est: Hoc, quando testator palam coram 7. testib. voluntatem suam nuncupat.

I V.

Testamentum etiam per acta municipalia, & quandoquæ per supplicationem principi oblatam fieri potest, quod & principis conscientiam tenere dicitur.

V.

Planè in testamento, inprimis animadverti debere: an is qui fecerit testamentum testamenti factionem habuerit?

si habuerit, requiri, ut secundum regulas Juris Civilis testatus sit, Jctus Cajus admonet. Quem ordinem secuti, prius de personis, quæ facere possint; deinde quomodo fiant videbimus.

V I.

Testamenta autem facere possunt omnes tam masculi quam foeminae, nisi prohibeantur: Prohibentur autem alij naturâ; alij lege.

V I I.

Naturâ quidam prohibentur, vel ob defectum animi: ut: impuberes, furiosi, mente capti, & prodigi: vel ob defectum corporis.

V I I I.

Utrum autem excessisse quis debeat quartum decimum annum ut testamentum facere possit? an sufficit compleisse? proponere; aliquem Calendis Jan: natum testamentum ipso natali suo fecisse, quarto decimo anno, an valeat testamentum? Ulp. valere dicit. Plus arbitratur, etiam si pridie Calend. fecerit post 6 horam noctis valere testamentum. Jam enim compleisse videtur annum quartum decimum, ut Martiano videtur.

I X.

Nec ad rem pertinet, si impubes postea pubes, aut furiosus postea compos mentis factus fuerit & decesserit. Furiosi autem si per id tempus fecerint testamentum, quo furor eorum intermissus est, jure testati esse videntur. Certè eò, quod ante furorem fecerint, testamento valente. Nam neq; testamentum rectè factum, nequè ullum aliud negotium rectè gestum postea furor interveniens perimit.

X.

Prodigi etiam testamentum, si quod interdictione vetustius habuerit, valere Ulpianus affirmat.

Ob de-

X I.

Ob defectum corporis prohibentur testari mutus & sardus ita natus. Ita factus, potest testamentum facere si literas sciat, Surdus tantum, aut mutus tantum, sive natus ita sit, sive factus itidem potest, si modo literas calleat. Cæcus autem non potest facere testamentum nisi per observationem quam lex Divi Justinii introduxit.

X I I.

Lege testamentum facere prohibentur ij, qui alieno juri subjecti sunt; adeo quidem ut filijsfam. quamvis parentes eis permiserint nihilomags jure testari possint, Excepto Castrensi vel quasi Castrensi peculio: licet ijs patre permittente mortis causa donare concedatur.

X I I I.

Hinc controversi solet, num filiusfam. in bonis adventitijs, quorum ususfructus ad patrem non pertinet testari possit? Negantib. astipulamur.

X I V.

Ad lege testari prohibitos pertinent etjam damnati pœnâ capitali, quos, nisi appellatione damnationem suspenderit, jure veteri testari non potuisse certum erat, idem de jure novo dicendum putamus.

X V.

Ejus qui apud hostes est, testamentum, quod ibi fecit, non valet, quamvis redierit, sed, quod dum in civitate fuerat, fecit, sive redierit valet jure postliminijs, sive illic decesserit, valet ex L. Cornelia.

X V I.

Cæterum ut quis secundum regulas Juris Civilis testetur requiritur; ut uno eodemq; tempore rogatis 7. testibus & subscriptione testium signacula testamentis imponantur; Quibus omnibus ab Imperatore Justiniano

A 3

propter

propter testamentorum sinceritatem, ut nulla fraus adhibeatur, additum, ut per manus testatoris vel testium nomen heredis exprimatur.

XVII.

Et quidem uno contextu actus testari oportet; quod Ulpianus interpretatur, nullum actum alienum testamento intermiscere, quod si aliquid pertinens ad testamentum fiat, testamentum non vitatur.

XVIII.

Testes autem adhiberi possunt ij, cum quibus testamenti factio est, sed neque mulier, neque impubes, neque servus, neque furiosus, neque mutus, neque surdus, neque is cui bonis interdictum est, neque ij quos leges jubent improbos interstablesq; esse, possunt in numerum testium adhiberi.

XIX.

Testamento tamen, in quo aliquis ex testibus testamenti quidem faciendi tempore liber existimabatur, postea servus apparuit, Divus Hadrianus sua liberalitate subvenit, ut sic habeatur firmum ac si ut oportebat factum esset.

XX.

In testibus non potest esse is, qui in potestate testatoris est. Sanè pater nec non is qui in potestate ejus, item duo fratres, qui in ejusdem patris potestate sunt, utique testes in uno testamento fieri possunt. Quia nihil nocet ex una domo plures testes alieno negotio adhiberi.

XXI.

Sed nequè heres scriptus neque is, qui in potestate ejus est, nequè pater ejus, qui eum in potestate habet, nequè fratres, qui in ejusdem patris potestate sunt, testes adhiberi possunt, quia totum negotium, quod agitur testamentum.

stamenti ordinandi gratia, creditur inter testatorem & heredem agi.

XXII.

Legatarijs & fideicommissarijs, quia non juris successores sunt, & alijs personis eis conjunctis testimonium non denegatur. Idem statuitur de ijs, qui in eorum potestate sunt, vel qui eos in potestate habent.

XXIII.

Cæterum utrum numerus septenarius testium in testamento pestis tempore remitti possit, inter Dd. non convenit: verius videtur de numero septenario nihil remittendum, licet solennitas conveniendi, vitandæ contagionis gratia, remitti possit.

XXIV.

Planè singulos testes, qui in testamento adhibentur, proprio chyrographo adnotare convenit, quis, & cujus testamentum signaverit.

XXV.

Omnes testes & uno annulo testamentum signare possunt sive alieno sive proprio. An vero signo characterem habente præter anulum testamentum signare possint, quæritur? quod affirmandum videtur.

XXVI.

Si quis ex testibus nomen suum non adscripserit, verumtamen signaverit, pro eo est atq; si adhibitus non esset: Et si adscripserit se, non tamen signaverit, adhuc idem dicemus.

XXVII.

Nihil autem interest, testamentum in tabulis, aut in chartis, membranisque vel in alia materia fiat, quin & unum testamentum pluribus exemplis consignare quis potest, idque interdum necessarium, forte si navigaturus &

rus, & secum ferre & relinquere iudiciorum suorum te-
stationem velit.

XXIIX.

Quæ hætenus de testamento scripto sive mistico
proposita sunt, ferè etjam de nuncupativo dici possunt,
præterquam, quod nulla scriptura testatoris, ut & sub-
scriptio & subsignatio testium hic requiratur.

XXIX.

Restat militare testamentum, quod fit à militibus: qui-
bus prædicta diligens observatio propter nimiam impe-
ritiam remissa est, Hi enim, quamvis neque legitimum te-
stium numerum adhibuerint, nequè alias testamentorum
solennitates observarint, rectè nihilominus testantur;
videlicet: cum in expeditionibus occupati sunt.

XXX.

Proinde quoque modo voluntas eorum suprema in-
veniatur, sive quid in vagina, aut clypeo, literis sangui-
ne suo rutilantibus adnotarint, aut in pulvere inscripse-
rint gladio suo, ipso tempore, quo in prælio vitæ sortem
derelinquunt, hujusmodi voluntatem stabilem esse,
oportere, Imperator Constantinus
rescripsit.



Constantinus
rescripsit.

stamenti ordinandi gratia, creditu
heredem agi.

XXII.

Legatarijs & fideicommissarijs
cessores sunt, & alijs personis eis co
non denegatur. Idem statuitur de i
state sunt, vel qui eos in potestate ha

XXIII.

Cæterum utrum numerus sep
stamento pestis tempore remitti p
convenit: verius videtur de nume
mittendum, licet solennitas conve
tagionis gratia, remitti possit.

XXIV.

Planè singulos testes, qui in te
proprio chyrographo adnotare co
testamentum signaverit.

XXV.

Omnes testes & uno annulo test
sunt sive alieno sive proprio. An
rem habente præter annulum testa
sint, quæritur? quod affirmandum.

XXVI.

Si quis ex testibus nomen suu
verumtamen signaverit, pro eo est
effet: Et si adscripserit se, non tan
idem dicemus.

XXVII.

Nihil autem interest, testamen
chartis, membranivè vel in alia
unum testamentum pluribus exem
potest, idque interdum necessariu

orem &

juris suc
imonium
um pote

um in te
Dd. non
o nihil re
dæ con

hibentur,
, & cujus

nare pos
characte
nare pos

ripserit,
itus non
it, adhuc

s, aut in
, quin &
nare quis
navigatu
rus &

